Quelle:
Copyright:

Gnesnensem et Lubucensem ad Romucensem Episcopum directi initium est: "Martinus Episc. servus servor. "et Regimini universalis ecclesiæ." In fine: "Datum "Romæ apud sanctos Apostolos vjo Non. July pontificatus "ano viij." Nullum ejus vestigium in Bullario magno Romano, nec in Bullar. et ampliss. collectione Caroli Coquelinij.

Caroli VI. Galliarum Reg. Littera ch.

202a–205a

26.

Littera Regis s. Caroli VI. in gallia s. Super libertate Ecclesiarum Regni et Delphinatus quoad exactiones annatas et gravamina per papam imposita. Incipit: "Carolus Dei gratia ch. Universis et Si dotari vel dita "ri novas ecclesias vel veteres opibus ampliare opus "est." Finitur: "Datum ano cccvjxviij Februarij." Adjecta sunt motiva aliquorum, Ecclesias non teneri ad solvendas annatas. Fol. 203. – 205.

Sentent. Petri Cardin. Camerac. de Propos. Jo. Parvi.

205a–207b

27.

Sententia Petri Cameracensis Cardinalis de propositionum damnatione Joanis Parvi. Incipit: "Ego Petrus Cardinalis Cameracensis tamquam "Doctor Theologus in testimonium veritatis re"quisitus dico". Hoc Sententia cum sequentibus propositionibus spectant ad causam Joanis Parvi, de quo in hoc Ms. supra n. 6. egimus. Addita etiam est brevis quædam arrisatio Cancellarii ad Episcopum contra reservationem casuum, quo incipit: "Pontificali Dignitati suus qualiscunque Relator" est Joh. Gersonii, et habetur in edit. Ed. S. T. p. 418.

Jo. Gers. de reservat. casuum epistola.